



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Triplex est fides baptizantis

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

si tu es baptisatus. sed si nō es baptisatus. tūc ego te baptiso in nomine patris et filij et spiritus sancti. ¶ Et p̄ declaratiōe huius sc̄e mouet tale dubium. Ponat q̄ inueniatur duo pueri quoz vnus baptisatus est et alter nō. tūc querit qd̄ est faciendū in tali casu. q̄ si ambo baptisarent. tūc vnus illoz bis baptisaret. si autē solus vnus. tūc forte p̄tingeret q̄ puer baptisat⁹ res baptisaret. et nō baptisatus maneret sine baptismo. ¶ Ad illud dubiū respondet quēadmoduz supra r̄sum est. scilz q̄ debent ambo baptisari sub hac forma quam docet hic autor in littera. videlz si es baptisat⁹ tūc ego nō baptiso te. si autē nō es baptisatus tūc ego baptiso te in nomine patris et filij et spiritus sancti. ¶ Item ponat q̄ sint duo gemelli generati. ita q̄ cōbinantur et coadunantur sibi inuicē mutuo. tūc dubitat quid sit facienduz scz vtrū sint baptisandi sicut vnus puer vel sicut duo. Et videt q̄ sint baptisandi nō sicut duo. qz ibi est vnum corpus. ergo debent baptisari sicut vnus hō. qz vnu corpus indigentiam habet vnus baptismatis. id est q̄ tūc semel baptisetur. ¶ Sed in oppositū videtur. q̄ isti gemelli nō sunt baptisandi sicut vnus hō. sed sicut duo. quia si talis homo habet plures pedes q̄ duos. et plura capita q̄ vnu nō est baptisandus sicut vnus sed sicut duo. sic est hic. ergo etc. ¶ Ad istud dubiū responderetur sub distinctiōe quia vel in talibz gemellis discernitur duplex anima. vel nō. Si ibi discernitur duplex anima. tūc debent baptisari sicut duo pueri. et hoc cognoscitur si ibi sit distinctio membrorum in capitibz pedibz et manibz. et ex hoc sc̄is q̄ ibi sint due anime. et tūc est seruanda doctrina autoris in textu declarata. scz q̄ primus baptisetur absolute. secūndus autē sub illa distinctiōe est baptisandus. q̄ si non es baptisatus tunc ego baptiso te in nomine patris et filij et spiritus sancti. Si autē ibi nō est distinctio membrorum. tunc debet baptisari sicut vnus homo.

¶ Item notandū. q̄ sacramentū baptismi nō debet reiterari p̄pter multas causas. Prima cā est. qz nō fiat error siue iniuria tali sacramento. Nam in baptismo imprimitur character indelibilis. nō si reiteraretur. vel q̄ tunc duo characteres imp̄merent vel p̄mus deleteretur. sed q̄libet illoz est inconueniens. ergo ne talis inconuenientia sequeretur. cauēdū est ne hoc sacramentū reiteretur. Secūda cā est. qz illud sacramentū nō debet reiterari. ne desit alicui occasio peccandi. qz forte posset aliq̄s dicere. volumus adhuc expectare et postea mittemus nos baptisare. qz sacramentū baptismi delet oīe peccatū. et p̄pter hoc sacramentū baptismi nō est reiterandū. Tercia causa est ista. quia hoc sacramentum habet originem ex merito passionis domini nostri iesu christi et resurrectione eius. et quia christus semel passus est et semel resurrexit. ergo semel dandum est illud sacramentum et non pluries.

¶ Item notandū p̄ modū dubij. qz querere posset aliquis vtrum character indelibilis in baptismo christi fuerat christo imp̄ssus. ¶ Ad hoc respondetur q̄ nō. qz character indelibilis disponit ad grām recipiendā. sed dñs noster iesus christus in instāti sue generatiōis habuit plenariā grām. ideo nō fuit necessariū q̄ ip̄e sumpsisset characterem indelibilem. Etia talis character est ip̄oz renascentiū. sed christus nunq̄ renatus fuerat. ideo character ei non fuerat imp̄ssus. prout dictū est prius.